

antecessorem nostrum fratrem Anthonium Fluuiiani eiusque generale capitulum Rhodi celebratum legationes^j, reformatores et nuntios cum plenissima potestate deputatos vobis fuisset collatus, prout de huiusmodi commissione pariter et collatione in registris nostre cancellarie et quodam publico instrumento sive transsumpto manu discreti viri Iohannis quondam Nicolai Grolug de Konigsperg, notario [!] publico [!] confecto et presentibus alligato continetur, postea vero nos quadam sinistra informacione inducti minimeque de iuribus vestris certiorati eundem prioratum nostrum Bohemie religioso nobis in Christo carissimo fratri Engelhardo Schenkch de Erpach⁸⁰ contulimus, cum quo et vos certa fecistis pacta et convenciones, quibus propter confirmationem huiusmodi non intendimus derogare, vos ab eodem prioratu propter eandem sinistram informacionem de iure et de facto tunc revocantes. Nichilominus visis postea antedictis iuribus et laboribus, periculis et expensis, quos et quas adversus illud Hussitarum sci[s]ma pestiferum sustinuistis et adhuc vos sustinere oportet, ut percepimus, eundem prioratum vobis duximus confirmandum antedictum fratrem Engelhardum ac bullas inde sibi concessas de dicto prioratu tamquam sinistre factas omnino revocantes⁸¹, prout et tenore presentium totaliter ac de iure et de facto revocamus et tamquam false et surrepticie impetratas cassamus et annullamus. Et ideo eandem collacionem vobis, ut premittitur, de dicto prioratu factam in eadem instrumento sive vidimus presentibus allegato contentis et expressatis laudantes, tenentes

j) *so für* legatos

80) Fr. Engelhard ist 1414 bis 1446 als Johanniter belegt, sein älterer Bruder Johann 1404 bis 1408. Der Vater Eberhard X. verstarb 1425, der jüngere Bruder Konrad VIII. († 1464) setzte die Linie Erbach fort. Aus der Linie Michelstadt kam Dietrich, 1434 bis 1459 Erzbischof von Mainz: Europäische Stammtafeln V/1 (1988) Nr. 1 und 2; Ingrid Heike RINGEL, Studien zum Personal der Kanzlei des Mainzer Erzbischofs Dietrich von Erbach (1434–1459) (Quellen und Abhandlungen zur mittelhheinischen Kirchengeschichte 34, 1980); Wolfgang Voss, Dietrich von Erbach. Erzbischof von Mainz (1434–1459). Studien zur Reichs-, Kirchen- und Landespolitik sowie zu den erzbischöflichen Räten (Quellen und Abhandlungen zur mittelhheinischen Kirchengeschichte 112, 2004).

81) Ernannnt zum Prior von Böhmen wurde Fr. Engelhard durch Meister und Konvent am 11. Juni 1444. Am 8. November 1445 verlangten Meister und Konvent, seine Gegner sollten sich unterwerfen, an ihrer Spitze Fr. Wenzel von Michelsberg: AOM 357 fol. 129v–130v, ediert bei Karl BORCHARDT, Zentrale und Peripherie. Zum Quellenwert der Register des Johannitermeisters auf Rhodos im 15. Jahrhundert, in: Vielfalt und Aktualität des Mittelalters. Festschrift für Wolfgang Petke zum 65. Geburtstag, hg. von Sabine AREND u. a. (2006) S. 191–200, hier S. 197–200 Nr. 3f.